

§. VII.

De DEO.

Inter Quæstiones ex V. & N. T. CXXXV, cum Athanasii Operibus vulgatas, centesima & sexta est: *Quis primus nominavit DEVM in terra?* & respondetur: *Diabolus, cum ad Evam diceret: quid est, quod interdixit DEVS, ne comederetis de hoc ligno?* Equidem si vera esset Patrum a) nonnullorum sententia, diabolum cum homine, vel demum post seductum eum lapsum esse: non diabolus primus DEVM in terra nominasse dicendus esset; sed angelus tum temporis adhuc bonus. At uti vel seducendi propositum non potuit nisi in jam corrupto locum habere: ita scriptura non tantum in historia lapsus humani, sed & locis aliis quam plurimis DEI notitiam haud vulgarem Dæmonibus tribuit. Quid aliud enim innuit Historia Jobi, *) quando bis Satanam *inter filios DEI coram Domino stetisse* dicit; quid aliud innuit Scriptura †) Micham vidisse memorans Spiritum mendacem *ad faciem Domini constituisse*, Zachariam *) referens *conspexisse ad Josuæ*

*) Job. I, 6. Pontificis dextram Satanam *stantem coram Angelo Domino*, quam
 12. II, 1. 7. Dæmones æque ac bonos angelos atque homines pios, in
 †) 1. Reg. XXII, 21. penitioem quoque DEI cognitionem admitti? Et sane o-
 2. Paralip. XIII, 20. mnis de essentia & attributis DEI doctrina propius dæmones
 *) Zach. V, 4. grauius illis existit atque horribilius. Illustris eam in rem Ja-
 III, 1. 2. cobi locus est, impios fidem crepantes increpans: *Tu credis DEVM unum esse, bene facis. etiam Dæmonia credunt, & contremiscunt.*

Jac. II, 19. Quo in loco Dæmonibus amplissimam non de essentia solum & attributis, sed & de voluntate ac operibus DEI notitiam tribui si asseruero, non nimis dixero. Certe non tantum DEO credere dæmonia hic dicuntur h. e. vera existimare quæ DEVS loquitur, sed etiam DEVM credere, h. e. plena convictione noscere DEVM *quod sit* (qua phrasi Paulus totam fere doctrinam salutarem aliquando *) complectitur) & quod *talis sit*, qualem se manifestavit, probis nempe gratiosum, malignis autem iudicem severissimum. Imo dicuntur DEVM unum credere, qua phrasi non solum Moses plenam DEI notitiam inculcat, †) dum ait: *Audi Israel, Dominus, DEVS noster,*

*) Ebr. XI, 6.

†) Deut. VI, 4.

ster,